



Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Complectens Constitutiones Clementis XII. ab Anno V. usque ad X.

Luxemburgi, 1748

CCXLIII. Mederatio cujusdam Decreti particularis Congregationis super
ejectione Religiosorum Ordinis Fratrum Eremitarum S. Augustini
Provinciarum Indiarum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-75393](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-75393)

CCXLII.

Tredecim sextis Feriis a S. Francisco de Paula institutis, vulgo ut dicitur: *La divozione de' tredici Venerdi*: Pia exercitia ab eodem S. Francisco proposita facientibus Indulgentia Plenaria concessa.

CLEMENS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Procemium.

Adjutor, & susceptor noster Pater Misericordiarum, qui potens est omnia facere superabundanter, quam petimus, aut intelligimus; magna fidelibus adest virtute, cum ad ipsum clamantes illinc in necessitatibus levamen expectant, unde salutis sumperunt exordium: Quamobrem Apostolici muneris nostri partes in iis libenter interponimus, per quæ Fideles, ut præfertur, superstantes bonus odor effecti precationes valeant effundere suaviores, eisque exinde benedicente Domino votiva promptius proveniant auxilia.

Exercitium
Tredecim
Sextarum
Feriarum a
S. Francisco
institutum.

§. 1. Cum itaque, sicut accepimus, Gloriosus Sanctus Franciscus de Paula Ordinis Fratrum Minorum nuncupatorum Fundator tum in humanis agens, dum nonnulli Christifideles suis necessitatibus prospicere cupientes ejusdem sancti Viri apud Deum officia, ac preces postulare; quemdam ipse precandi ritum, vulgo ut dicitur: *La divozione de' tredici Venerdi*; in Domini nostri Jesu Christi, ac Beatorum duodecim Apostolorum gloriam, & honorem eo sensu instituit, qui sequitur videlicet: *Tredici Venerdi vi confesserete, e riceverete il Santissimo Sacramento nella Messa, che farete dire per quella necessità, nella quale ricorrete al Signore. Recitarate tredici Pater noster, e tredici Ave Mariam in onore, e riverenza di Gesù Cristo benedetto, e de' suoi dodici Apostoli. Porrete due candele di cera bianca nella vostra Messa in segno delle due Virtù, Fede, e Speranza. Terrete in mano un' altra candela accesa, mentre recitarate l'Oratione, e si dice la Messa, in protestazione della Carità con cui dovete amar il Signore, e chiedergli le grazie, perchè in questa maniera vi si concederanno i fini de' vostri giusti desiderj*: Cumque, sicut pariter accepimus, Misericors Deus piis eorumdem Christifidelium ad præferti ritus formam precantium votis ita se propitium exhibuerit, & liberalem, ut ipsi Christifideles gratiam in opportuno auxilio feliciter invenerint, proptereaque sanctum ritus hujusmodi exercitium a nonnullis Prædecessoribus nostris, ac S. R. E. Cardinalibus, necnon Regia, Imperialique Dignitate fulgentibus Personis, aliisque cujuscvis Status, Gradus, & Conditionis Christifidelibus ubique terrarum eo eventu peractum fuerit, & in dies respectue paragatur, ut via adeundi cum fiducia ad Montem Sanctum Domini, & intra Supernæ exauditionis Sacramentum a præfato S. Francisco monstrata esse noscatur.

Illud peragitur
propositæ
Indulgentiæ.

§. 2. Nos igitur sanctum ritus hujusmodi exercitium plurimum in Domino commendantes, ipsosque fideles illud devote peragentes specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes; Supplicationibus etiam pro parte dilecti filii Idelsonsi Gutierrez Gavino Procuratoris Generalis, seu Zelosi dicti Ordinis nobis super hoc humiliter porrectis inclinati; De Omnipotentis Dei misericordia, ac Patrum Petri, & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi omnibus, & singulis utriusque sexus Christifidelibus, qui in tredecim sextis feriis a præfato S. Francisco de Paula, ut præfertur, institutis vere poenitentes, & confessi, ac Sacra Communione resecti fuerint; semel tantum in anno in una ex dictis tredecim sextis feriis per eos ad cujusque libitum respective eligenda Indulgentiam plenariam, ac omnium, & singulo-

rum peccatorum suorum veniam, & remissionem Apostolica auctoritate misericorditer in Domino, tenore præsentium perpetuo concedimus, & enlargimur; in singulis vero ex reliquis tredecim sextis feriis hujusmodi septem annos, & totidem Quadrageas de eis injunctis, vel alias quomodolibet debitis poenitentis Apostolica auctoritate, & tenore similibus etiam misericorditer in Domino relaxamus.

§. 3. Non obstantibus nostris, & Cancellariæ Apostolicæ Regulis, de Indulgentiis, & clausulis in illis ponendis, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque, præsentibus perpetuis futuris temporibus duraturis.

Derogatio
Contrario-
rum.

§. 4. Volumus autem, quod earumdem præsentium transumptis etiam impressis Procuratoris Generalis, seu Zelosi dicti Ordinis, vel Notarii publici, & Personæ alicujus in Dignitate Ecclesiastica constitutæ, vel pro tempore existentis Correctoris Generalis dicti Ordinis sigillo munitis eadem prorsus fides ubique locorum in Judicio, & extra adhibeatur, quæ adhiberetur eisdem præsentibus, si essent exhibitæ, vel ostensæ.

Transump-
tis danda si-
des.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo trigésimo octavo Kalendis Octobris Pont. nostri Anno IX.

Dat. die 24.
Septembr.
1738. An. IX.

Ph. Frigerius. -- M. Ferravilla.

V I S A.

M. A. Caffarellus.

A. Melocardus.

Loco + Plumbi.

Registrata in Camera Apostolica.

F. A. Paulettus R. C. A. Secretarius.

Moderatio cujusdam Decreti particularis Congregationis super ejectione Religiosorum Ordinis Fratrum Eremitarum S. Augustini Provinciarum Indiarum.

CCXLIII.

CLEMENS PP. XII.

Ad futuram rei memoriam.

§. 1. **E**xponi Nobis nuper fecit dilectus Filius Nicolaus Antonius Schiaffinati Prior Generalis Ordinis Fratrum Eremitarum Sancti Augustini, quod alias, nempe die 24. Julii 1694. in Congregatione particulari nonnullorum tunc existentium S. R. E. Cardinalium a se, re. Innocentii Papæ XI. Prædecessore nostro ad instantiam tunc pariter existentis Procuratoris Generalis ejusdem Ordinis deputata pro moderatione Decretorum de Apostatis & ejectione a Congregatione tunc quoque existentium Cardinalium Congregationis Concilii Tridentini Interpretum, & a bo. me. Urbano Papa VIII. iidem Prædecessore Nostro editorum sancitum fuit inter alia, ut facultas in dictis decretis de anno 1624. Prioribus, & Magistris Generalibus Ordinum Regularium concessa ad eiciendos incorrigibiles de consilio, & assensu sex ex gravioribus Patribus in Congregationibus generalibus eorumdem Ordinum eligendis, etiam ad Priores, & Ministros Provinciales extenderetur, qui electis pariter in Congregationibus Provincialibus sex gravioribus de Provincia Religiosis a Generali Ordinis pro tempore existente confirmandis, de illorum consilio, & assensu causas hujusmodi cognoscere, & ad effectum eiciendi incorrigibiles suæ Provinciæ, & ejectionem pronuntiandi, accedente approbatione Generalis, definiri deberent, salva tamen semper hujus Sanctæ Sedis, & ejusdem Congregationis in casu recursum, & appellationis auctoritate.

A Congregatione Particulari editum Decretum super modo cognoscendi causas eiciendi ab Ordine incorrigibiles.

§. 2. Cum autem, sicut eadem expositio subiungebat in Provinciis Indiarum ejusdem Ordinis ob summam earum ab hac Alma Urbe

Conditio-
nes in præfato Decreto appositæ in

Provincia
Indiarum e-
xequi diffi-
cillime pos-
sunt.

Prior Ge-
neralis Ordinis
supplicat
pro eorum
moderatione.

Concedit
Clemens.

Clausulae
pro hujusce
moderationis
firmitate.

Derogatio
Contratio-
rum.

Transump-
tis danda si-
des.

distantiam approbatio Prioris Generalis pro tem-
pore existentis hujusmodi five electionis Judicium
expulsionis in Capitulis Provincialibus Provincia-
rum praedictarum factae, five sententiae a Prioribus
Provincialibus hujusmodi, & praedictis sex Pa-
tribus latae absque magno Provincialium praedi-
ctarum detrimento, & incommodo expectari non
possit, utpote quia Reus, cuius incorrigibilitas pro-
bata, & uti talis per sex Menses in carcere deten-
tus fuerit per longum tempus in eadem Carceris
custodia detineri non potest usque dum Prior Pro-
vincialis praedictus approbationem, five electionis
Judicium, five sententiae juxta enunciatum Decre-
tum a Priore Generali praefato accipiat, minuf-
que fieri potest, ut Reus libertati tradatur, ne ce-
teros suo pravo exemplo corrumpat.

§. 3. Ac propterea dictus Nicolaus Antonius
Prior Generalis supradictum Decretum memoratae
Congregationis particularis a Nobis moderari plu-
rimum desideret. Nobis propterea humiliter sup-
plicari fecit, sibi in praemissis opportune provide-
re, & ut infra indulgere de benignitate Apostoli-
ca dignaremur.

§. 4. Nos igitur ipsum Nicolaum Antonium
Priorem Generalem specialibus favoribus, & gra-
tiis prosequi volentes, & a quibuscumque excommu-
nicationis, suspensionis, & Interdicti, aliisque
Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a Ju-
re, vel ab homine quavis occasione, vel causa la-
tis si quibus quomodolibet innodatus existit ad ef-
fectum praesentium dumtaxat consequendum harum
serie absolventes, & absolutum fore censentes;
hujusmodi supplicationibus inclinati, modernis,
& pro tempore existentibus eorumdem Provin-
ciarum Indiarum dicti Ordinis Prioribus Provin-
cialibus, ut ipsi, servatis de Jure servandis,
& aliis in supradictis Decretis contentis non ex-
pectata ejusdem Nicolai Antonii, aliorumque di-
cti Ordinis pro tempore existentium Priorum Ge-
neralium approbatione, five electionis sex Con-
judicibus una cum Provincialibus praedictis latae,
five ferendae cum effectu, incorrigibiles eicere
possint, & valeant, facultatem auctoritate nostra
Apostolica tenore praesentium concedimus, &
impartimur.

§. 5. Decernentes easdem praesentes literas sem-
per firmas, validas, & efficaces existere, & fore,
suoque plenarios, & integros effectus sortiri, &
obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tem-
pore quodcumque spectabit plenissime suffragari;
Sicque in praemissis quoscumque Judices
Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Pa-
latii Apostolici Auditores judicari, & definiri
debere, ac irritum, & inane, si secus super his
a quoquam quavis auctoritate scienter, vel igno-
ranter contigerit attentari.

§. 6. Non obstantibus praemissis, ac Constitutio-
nibus Apostolicis, nec non Ordinis, & Provin-
ciarum hujusmodi etiam Juramento, confirmatio-
ne Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis
statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque,
Indultis, & literis Apostolicis in contrarium praemi-
ssorum quomodolibet concessis, confirmatis, &
innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum
tenores praesentibus pro plene, & sufficienter ex-
pressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes,
illis alias, in suo robore permanfuris, ad praemi-
ssorum effectum hac vice dumtaxat specialiter,
& expresse derogamus, ceterisque contrariis qui-
buscunque.

§. 7. Volumus autem, ut earumdem praesentium
literarum transumptis, seu exemplis, etiam im-
pressis manu alicujus Notarii publici subscriptis,
& sigillo personae in Ecclesiastica dignitate con-
stitutae munitis, eadem prorsus fides, tam in Ju-
dicio, quam extra illud, ubique locorum adhi-
beatur, quae praesentibus ipsis adhiberetur, si fo-
rent exhibitae, vel offensa.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem sub
annulo Piscatoris die septima Octobris 1738. Pont.
nostri anno Nono.

Facultas Superioribus Ordinis Cisterciens. Con-
gregationis Portugalliae applicandi spolia Mo-
nachorum Collegio Universitatis Colimbrien.
pro dissolvendo aere alieno.

CLEMENS PP. XII.

Ad futuram rei memoriam.

§. 1. Exponi nobis nuper fecit dilectus filius
modernus Procurator Generalis Mona-
chorum Ordinis Cisterciens. Congregationis Por-
tugalliae, quod per Statuta, seu Constitutiones
Ordinis, & Congregationis praedictorum, aucto-
ritate Apostolica confirmatas cautum reperitur,
ut quoties aliquem ex Monachis Congregationis
praedictae ab hac luce migrare contigerit, illius
spolium, & hereditas ad arbitrium Superiorum
dictae Congregationis applicari soleat.

§. 2. Cum autem, sicut eadem expositio sub-
jungebat, de praesenti Collegio Universitatis
Studii Generalis Civitatis Colimbrien. dictae Con-
gregationis unica domus, in qua Studia vigent,
aere alieno gravata reperitur, eaque de causa in
illa studentes, & Magistri necessarii non inveni-
antur, ac propterea non leve dictae Congrega-
tioni detrimentum inferatur, dictusque Procura-
tor Generalis agnoscebat, quod Congregationi praedi-
ctae nullus modus dissolvendi aere alienum praedi-
ctum, & in dicto Collegio Magistros, ac Studen-
tes necessarios manutendi suppetat, quam, ut
spolia, & hereditates praedictae illi usque ad satis-
factionem aeris alieni hujusmodi applicentur. No-
bis propterea humiliter supplicari fecit, ut sibi in
praemissis opportune providere, & ut infra indul-
gere de benignitate Apostolica dignaremur.

§. 3. Nos igitur ipsum Procuratorem Generalem
specialibus favoribus, & gratiis prosequi volen-
tes, & a quibuscumque excommunicationis, suspen-
sionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis senten-
tiis, censuris, & poenis a Jure, vel ab homine qua-
vis occasione, vel causa la-
tis si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum praesentium
dumtaxat consequendum harum serie absolventes,
& absolutum fore censentes, hujusmodi suppli-
cationibus inclinati, modernis, & pro tempo-
re existentibus Superioribus Generalibus dictae
Congregationis, aliisque, ad quos spectat, &
pro tempore quodcumque spectabit, ut ipsi
veniente obitu cujuscumque Monachi ejusdem
Congregationis, illius spolium, & hereditatem
Collegio Universitatis Studii generalis Civitatis
Colimbrien. Congregationis praedictae usque ad
integram satisfactionem aeris alieni, quo dictum
Collegium gravatum existit, libere, & licite ap-
plicare possint, ac debeant, auctoritate Aposto-
lica tenore praesentium concedimus, & indulge-
mus, ac quatenus opus sit, etiam in virtute san-
ctae obedientiae praecipimus, & mandamus.

§. 4. Decernentes easdem praesentes literas fir-
mas, validas, & efficaces existere, & fore, suo-
que plenarios, & integros effectus sortiri, & ob-
tinere, ac illis ad quos spectat in omnibus, & per
omnia plenissime suffragari, & ab eis in omni
obsequio observari, sicque in praemissis p-
am-
que Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Cau-
sarum Palatii Apostolici Auditores, iudicari, &
definiri debere, ac irritum, & inane, si secus su-
per his a quoquam quavis auctoritate scienter,
vel ignoranter contigerit attentari.

§. 5. Non obstantibus Constitutionibus, & Or-
dinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit
dictae Congregationis etiam Juramento, Confir-

matione

CCXLIV.

Juxta Con-
stitutiones
Ordinis de-
functorum
spolia Superi-
orum arbitrio
applicanda.

Aere alieno
gravato Col-
legio Colim-
brien. attri-
bui ea per
Procuratorem
Generalem.

Concedit
Clemens.

Sicque sem-
per, & ubi-
que servari
praecipit.

Contraria
tollit.